

cum altero congruit, ut neque se invicem  
exscriptis, neque imitatione expressis  
credantur.

Contra Æ Opus Author Præfationem  
intrixit (i), qua Lectores monet, se  
in tanta Librorum de hoc argumendo mul-  
titudine, & in tanta instruendi si singularium  
inspectione difficultate, ut eorum  
commodis serviret, redigere in compen-  
dium Opus illud suscepisse. Primò om-  
nium recitat Epistolam à Judæis Jero-  
lymitanis ad fratres suos Alexandriæ ver-  
fiantes (k) datam, instruendis illis de ce-  
lebratione Festi Expiationis Templi per  
Judam Macchabæum. Additur & secun-  
da ejusdem argumenti (l) à Senatu Jero-  
lymitano una cum Juda ad Aristobulum  
Regis Ptolemæi præceptori scripta in-  
idem argumentum. Posterior hæc episto-  
la pertinet ad A. M. 3880. Joanne Hirca-  
no rerum potente; ad quam etiam æta-  
tem hujus Libri Author refertur. Porro  
totam Libri historiam spatium 15. anno-  
rum metit, à suscepta ab Heliodoro Sa-  
cri Ætarii explicatione usque ad devictum  
per Judam Macchabæum Nicanorem.

Scripti Operis elegancia suspicandi oc-  
cationem præbuit nonnullis, ut Philonis Ju-  
dæi sive Josephi (m) fœtum crederent;  
cui etiam Josepho tribuit Opusculum de  
Macchabæis sive de Imperio rationis. Sed  
scriptum illud longè diversum est ab altero,  
de quo in præfentia. Philonis ve-  
rò filius adeò huic Operi parum congruit,  
& rerum Macchabæarum tam parum ille  
instructus videtur, ut non nisi per sum-  
marum temeritatem Author Operis statuen-  
tus fuisset. Tandem in recenfendis Ope-  
ribus Philonis, nihil de illo apud Euse-  
bius & S. Hieronymum legas. Serarius  
(n) maluit, Judam Esseni vaticinus  
suis apud Josephum notissimum; quem vi-  
run insinuari credit. 2. Macch. illi ver-  
bis: *Judas ea qua deciderant per bellum,*  
*quod nobis acciderat, congregavit omnia,*  
*& fuit apud nos.* Verùm his Judam Mac-  
chabæum insinuari facilius credimus; nun-  
quam autem persuademus satis esse argumen-  
ti, ut scripta à Judæo Esseno sive à Judæo Mac-  
chabæo hac historia probaretur. Nihil  
validioribus conjecturis Simonem Maccha-  
bæum Summum Sacerdotem Opus dige-  
fuisse Leo Allatius de Simeonib. probavit.

Sufpicati sunt nonnulli, non Librum esse  
sed Epistolam à Senatu Jerołymitanio ad  
Judaos Ægyptios missam; & D. Cote-  
lierius veterum Epitomen hujus Libri lau-  
dat, in qua in formam epistolæ digestum  
esse Opus asserit. Sed epistola à Senatu  
Jerołymitanio missa aperte satis à reli-  
qua historia, tum ex præfatione illi præ-  
missa, tum & instituta aliter narrationis  
serie, satis distinguuntur.

Qui ab Ecclesiæ Romana secessionem fe-  
cerunt, Canoniam Libris Macchabæorum  
authoritatem detrahunt. Productis enim in  
medium veterum Authorum Ecclesiastico-  
rum ad apocrypha illos rejiciuntur judi-  
ciis, ita constituant, ut quemadmodum non  
inspiratum Opus nullæ Ecclesiæ authorita-  
tum, quæ te inspiratione donaretur; ita pariter ne-

que ab initio rejectum accidente dei-  
ejusdem Ecclesiæ judicio admitteretur: uno  
verbo, Ecclesiæ sententia rei naturam num-  
quam immutat, sed veritate ejusdem rei

i. 2. Macc. 2.  
25. &c.

k. 2. Macc. 1.  
1. &c.  
1. 2. Macc. 1.  
vers. 10. ad  
vers. 19.

m. Honor. Au-  
gustod. de Seri-  
ptor. Eccl. in  
Philonem.

n. 2. Serar.  
Prolog. 2. in  
Macc. & in  
cap. 1. & 2.  
lib. 2. Macc.  
Vide & Ru-  
pert. de Vi-  
toria Verbi.

o. August. De  
Doctr. Christ.  
lib. 2. cap. 8.  
In Canoniceis  
Scripturis Ec-  
clesiarum Ca-  
tholicarum  
quæ plu-  
rimum authori-  
tatem sequan-  
tur, inter  
quas illa san-  
cte inspiratio  
fuit, quæ

jam ante conflu-  
ta, ejus deinde judicium  
accedit; quod proinde Authoritati Divina  
Operi tribuenda, si minus ipsum Divi-  
num fuerit, nihil confert.

Potremus hoc assertum ab omnibus  
æque Theologis admitteretur; quare uni-  
cè in præsenti laborandum, ut sedu-  
lò verborum æquivocatio tollatur. Fate-  
mur quidem, illud vetutatis judicium, si  
quidem uniforme & constans deprehendetur,  
si primores & amplissimæ tum au-  
thoritatem, tum Fidelium numero Ecclesiæ  
in suis ecclibis Opus illud è canone ex-  
pungendum censuerint, maximè habendum  
momentum; vix enim rejectum ab il-  
lis Opus hodie probaretur. Rata est enim  
& asserta illa S. Augustini regula (o),  
ea nimirum inter Canonicas Scripturas ha-  
benda, quæ sive maximus Ecclesiarum nu-  
merus probavat, sive Ecclesiæ Apołolicæ,  
& quæ datas sibi ab Apołolis Epistolas  
recepérunt, & ad nos transmiserunt. Scri-  
pturæ illæ omnium Catholicarum Eccle-  
siarum consensu probatæ, primas obtinere  
debent inter eas, quæ nonnullorum judi-  
cio olim rejecta sunt; inter has verò po-  
stiores postorū illarum est ratio, in quas  
major numerus, & authoritas inclinat.  
Quamquam igitur è Canone Sacrorum Li-  
brorum Macchabæi expungantur apud Me-  
litonem, Concilium Laodicenum, Pseudo-  
Athanasium in Synopsi, S. Cyriillum Je-  
rosolymitanum, S. Hilarius, S. Gregoriū  
Magnū [p], S. Joannem Damascenum (q);  
his tamen major numerus opponeretur  
Veretur Authorum, tum & Concilia  
quædam suo iudicio Opus probantia. In  
Epistola ad Hebreos non obscurè suppli-  
cium Sancti senis Eleazari innuitur; cum  
sollicit inter Martyres Veteris Testamen-  
ti fanguine suo veritati Fidei illufre te-  
stimonium ferentes, eorum aliquis recen-  
setur, qui tympani supplicio affectus est,  
nempè S. ille Senex acerbo illo supplicio  
absumptus (r). Author Canonum Apo-  
stolicorum (s), Tertullianus (t), S. Cy-  
prianus (u), Lucifer Calaritanus (x),  
S. Hilarius (y), S. Ambrosius (z), S.  
Augustinus (a), Cassiodorus, Rabanus  
Maurus, Bellator Presbyter, S. Isidorus  
Hispalensis, aliquæ nonnulli tanquam Di-  
vinas Scripturas Macchabæos laudarunt.  
Tandem in Canone receptus est tum apud  
Concilium Carthaginense (b), ab Inno-  
centio I. (c), tum pariter à Concilio Tri-  
dentino. In decreto Gelasius unius Macchabæorum Liber Canonicus recensetur, quantum  
ad impressa Exemplaria; sed in  
nonnullis optimis Ms. duos haberi tra-  
ducent.

Consultò testimonia Origenis, & S.  
Hieronymi prætermisimus, cum non sibi  
satis constare & nescio quid sibi repugnans  
præferre videantur. Origenes in sua Præ-  
fatione in Ps. geminos Macchabæorum  
Libros è numero Scripturarum excludit,  
ipse

Apostolicas Se-  
des tenere &  
epistolæ habe-  
re meruerunt.

&c.

p. Greg. Moral.  
lib. 10. cap. 21.  
num 34. nov.  
edit. vide  
Prefat. Gene-  
ral. pñt. 11.  
art. 16.

q. De Fide Or-  
thod. l. 4. cap.  
18. Quam-  
quam ipse in  
Orat. de dor-  
mit. Fidel.  
laudat librum

Secundum  
Macchabæo-  
rum, tam-  
quam Scriptu-  
ras Divinas.

r. 2. Macc. 6.

s. Canon. Apost.  
84. seu 85.

t. Adversus  
Jud. cap. 4.

u. Cyprian. lib.  
de exhort. ad  
Martyr. cap. 2.

v. lib. 3. Testi-  
mon. ad Qui-  
rie. cap. 15. &  
ep. 55. ad Cor-  
nel. Pat.

x. Lucifer Ca-  
laritanus. de non  
parcendo in  
Deum delin-  
quentibus.

y. Hilari. in  
Psal. 134. &c.  
Lib. contra  
Conflan. Impe-  
rator.

z. Ambros. lib.  
2. de Jacob &  
vita beatæ cap.

10. II. 12. &  
lib. 1. de Offic.

cap. 40. 41. &  
lib. 2. cap. 20.

a. Augst. lib.  
de cura geren-  
da pro mortuis

cap. 1. & lib.  
2. de Doctr.  
Christ. & lib.

18. de Cris-  
tian. cap. 36. &  
lib. 1. contra  
Gaudent. Do-  
nati. cap. 31.

b. Concil. Car-  
thag. 3. Canon.

47. c. Innocent. I.  
ad Exuper.

## Prolegomenon.

341

ipse tamen tamquam Divinas Scripturas  
& paris cum ceteris authoritatis laudat,  
de Princip. cap. 1. & in Commentario ad  
cap. 5. Epist. ad Rom. tanquam de Operæ  
agit inspirato, & paris cum ceteris aliis  
Canonicis Libris authoritatis. S. Hiero-  
nymus in Prefatione sua ad Libros Salo-  
monis tradit, Macchabæorum Libros legi  
quidem ab Ecclesia, Sed eos inter Canonica-  
e Scripturas non recipi: alibi verò (d)  
ipso eosdem Libros tamquam Divinam  
Scripturam laudat.

Tandem non incuriose animadver-  
tendum est plerisque ex Patribus è Canone  
Macchabæos expungentibus, in Judæorum  
tantum sententia apud quos hodie etiam  
rejeciunt locutos fuisse; alios verò ne-  
que satis accuratos, neque satis sibi ipsi  
constantes deprehendi, cum non raro con-  
tingit, ut ipsum Opus è Canone exclu-  
serint, simulque tamquam Divinum lau-  
darint; quod jam de S. Hieronymo, &  
Origene obseruavimus. Alii verò in Ca-

## DISSERTATIO DE COGNATIONE JUDÆORUM ET LACEDÆMONIUM.

**N**ullius in Orbe populi il-  
lustrior, vetustior, magis  
constans & rata, quam  
Judaicæ gentis origo afe-  
ritur. Perpetuum Avorum  
seriem à primis illis mor-  
talibus deducunt, inter majores suos re-  
ferentes vetustissimos quoque Patriarchas  
& maximarum gentium Authores. Eo-  
rum historia atque Genealogie cum ne-  
que obscure sint, neque recentes, neque  
fabulos corrupte, non interruptam neque  
dolosam earum rerum possessionem vindicant,  
cum originis veritatem ex ipsis ve-  
tustissimis & maximè omnium probatissi-  
mis Scripturis afferent; ex Libris nem-  
pe Sacris, de Legibus, & Religione He-  
breorum scriptis. Porro Codicibus illis  
præ ceteris omnibus populis vetustatis  
laudem Judæos, quod nempè apud Judæos  
tanquam inviolabilis authoritatis, & Di-  
vinci Spiritus Opera habentur. Nec mi-  
nori in illos obsequio tenentur reliqua  
gentes quacumque veram religionem sus-  
cepserunt; nec qui à sacris Judæorum alle-  
ni sunt, ullum neque errorem, neque  
commentum, & si maximè voluerint, de-  
prehendere unquam possunt. Quandiu Di-  
vinum illud Opus Judaicæ tanquam, cæ-  
teris ignota lingua, scriptum manifit, alta  
rerum Judaicarum ignoratio cæteras om-  
nes Orbis nationes tenuit; ut nihil nisi  
chimericum, & supra fidem de illis sus-  
cipientur. Ex quo verò in alias linguis  
translata Sacra illa volumina veluti re-  
flecta sunt, originem quæque gens suam in  
illis scrutari certavit.

Sub Ptolemaeo Philadelpho Ægypti Re-  
ge primū Hebraeorum Scripturæ apud  
Græcos vulgi cœperunt. Cum enim Rex  
ille novarum scientiarum cupidus Libros  
Hebraicos in Græcum translatos in instru-  
ctissima Bibliotheca sua Alexandriæ collo-  
casset, eorum inde lectio in ceteros de-  
rivata est. Græci novitatis amantes ad  
ignotam sibi Historiam obstupescere; exi-  
stuntare inde Judæos, quos olim contem-  
perant; & ignora ad id usque ac de-  
speciatissimis gentibus natio in pretio deinde  
ceperit haberi, tanquam vetustissimæ &  
illusterrimæ originis. Hac saltem senten-  
tia viris quibusque amplissimis & præstan-  
tissimis de illis sedet; vetera enim alio-  
rum præjudicia penitus exscindere res erat  
ardua & prorsus impossibilis.

Lacedæmonum gens in primis gravis,  
sapientia ac virtute inter Græcia popu-  
los præfansi, cùm tabularum suarum in-  
spectione noſſent, atq[ue] necessitudinis vin-  
cule teneri se cum Hebreis, utrique enim  
genti comanem fuisse parentem Abrahamum,  
de ejus originis honore sibi blan-  
dientes, quamquam aliquo fevierior es-  
ſent indolis, utpote Græci & Spartani  
præclaræ tamen fecum agi putarunt, si  
vetustissimam illam ac nobilissimam affi-  
nitatem etiam atque etiam foventes, ipsi  
primi cognati fœderis amicitiam promo-  
verent. Araxus Spartiatum Rex literas ad  
Oniam